

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis  
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum  
Spirituale**

**Blois, Louis de  
Monasterii Campidonensis, 1672**

Cap. XII. Iesus in cruce oneratus extra civitatem pertrahitur,  
humiliterq[ue] pergit ad Calvariæ locum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](#)

DOMI-  
NICAS  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICA-  
TIO.

## CAPUT XII.

*Iesus cruce oneratus extra civita-  
tem petrahitur, humiliterq; per-  
git ad Calvaria locum.*

1. Christus vestimentis sui reindutus, lignum crucis, quindecim pedes longum, cogitur humerū suis bajulare.

2. Medio inter duos latrones deducitur morte ignominissima interfectus, spectante infinita populi multitudine.

3. Vulnus in humerū sacrū Christi ex ponderosa cruce bajulante: vehemens onus crucis, sed vehementior amor ipsam pro nobis portans.

4. Ad eum exemplum, pro ipsius amore crux à nobis patienter ferenda.

5. Dulce responso Christi ad devotā mulierē ipsum defentes.

6. Christus crucem gestans corruit pra laetitia-  
dine: deinceps post ipsum eam gestat Simon Cyre-  
nus, homo gentilis.

Ioan. 19.  
Mat. 27.  
Bajulat  
Crucem  
suam De-  
pinus.

\*Crux  
longa  
pedes  
15.

POSTEQUAM verò Christus Ies-  
sus Salvator noster ad mor-  
tem damnatus est, rursus eum mi-  
nistri intrō rapuerunt, uesteque  
purpurea nudatum, suis denuo  
veitibus eum induerunt, ut tan-  
tò melius in habitu proprio agno-  
sceretur; multaque cum festina-  
tione ad mortem eum adduxe-  
runt, verentes ne Pilatus aliunde  
persuasus, aut ductus pœnitentia,  
sententiam revocaret. Itaque ar-  
reptum grave crucis lignum, lon-  
gitudine ( ut à Patribus anno-  
tatum est ) \* pedum quindecim, sacris lacerisque illius hu-  
meris imposuerunt. Cur autem  
id fecerint, ista ratio est: quod  
crux ea tempestate genus tor-  
menti esset ignominiosissimum,  
quo rei afficerentur: unde & præ  
confusionis ac probri metu nemo  
illi propinquare volebat. Christo  
igitur illud impoluerunt in gran-

dem ipsius confusionem, ut suum  
ferret dedecus, essetque cunctis  
hominibus contemptui & iudi-  
brio, illiusque memoria penitus  
ex hominum cordibus deleretur,  
nec quisquam ultrà auderet ejus  
facere mentionem. At verò be-  
nignissimus Dominus, libenti &  
placido animo graue illud pon-  
dus suscepit, gestav itque ingenti  
cum desiderio ad Patris gloriam,  
pro salute mortalium. Nec cru-  
cem modò, verùm etiam totius  
mundi in se peccata recepit, & ad  
Calvariam asportavit, ibique ea  
cruci affixit, occidit, proprio di-  
luit Sanguine, & morte sua acer-  
bissima expiavit. Hoc est quod  
Propheta ait: *Omnis nos quasi oves  
erravimus, unusquisq; in viam suā,*  
id est, post concupiscentias & ob-  
lestantes suas, declinavit: & po-  
suit Dominus in eo iniquitatem om-  
nium nostrum. Simul autem &  
perfectionis quamdam nobis Do-  
minus formam re ipsa exhibuit,  
ut antè verbo nos instituerat, se-  
ipsum funditus abnegans & resi-  
gnans, crucemque suam constan-  
ti perseverantia ferens. Quisquis  
ejus vis esse discipulus, tu quo-  
que fac similiter, & sequere Do-  
minum tuum.

Attamen non satis fuit Judæis  
hac eum contumelia affecisse; 2.  
quia, ad maius dedecus & igno-  
miniam, medium inter duos la-  
trones eum deduxerunt: multo-  
que amplius quam ipsos latrones  
contempserunt, dum suam eum  
compellerent ferre crucem, quod  
de

Christus  
una cum  
erucu  
mundi in se  
peccata  
totius  
portavit  
Isa. 53.

Vnus  
post eum  
erucem  
suam fa-  
radivit

Luc 23:  
Inter  
duos la-  
trones  
medius  
deduc-  
tur.

## MARGARITUM SPIRITUALE. 117

**DOMINI** de latronibus nusquam memoria  
**NICAE** proditum est. **PASSIO-** *pſallebant qui bibeſt vinum, ir-*  
**NIS EX-** *rifiui me habentes. Omnes viden-*  
**LICATI-** *tes me, deriferunt me: locuti ſunt la-*  
**O** *bij, & moverunt caput.*  
*Mors Christi turpissima ob via riuſ circumjacentia.*

**Mors Christi turpissima ob via riuſ circumjacentia.**

de latronibus nusquam memoria proditum est. **Enim** verò non sceleratissimus quisquam turpiori umquam morte occubuit. Quo enim tempore Christus passus est, celebritas Paschalis agebatur apud Judæos, & illuc confluxerat ingens populi multitudo, omnesque certarim Christum videre cupiebant. Itaque hic Dominus dominorum, cuius est omnis gloria & honor, spinis incedebat coronatus, diris constrictus funibus, gravi crucis pondere prægravatus, in latronum medio signis damnationis denotatus omnibus, quæ improbi illi excogitare poterant. Ante Dominum vilis præcedebat plebecula ridens & cachinnans, ipsumque antevertere cupiens, ut videret crucifixum. Hinc inde carnifexes & ministri ferociissimi eum stipabant, innumerisq; afflictionibus vexabant, ut simul plebem omnem ad illudendum illi & contumelias inferendas allicerent atque excitarrent. A tergo sequebatur turba fœva armatorum, puta domini & Principes Sacerdotum, qui non aliter exultabant, quam leones captiā prædā, multasque execrationes & blasphemias in Christum congregabant. Sic, sic Rex gloriæ omnibus contemptus fuit. Pusilli ac magni, nobiles & ignobiles simul, eum probris & injuriis affecerunt. Quod & Dominus anteprophetam præixerat his verbis: *A lverſum me loqueban- tur qui ſedebunt in porta, & in me*

*psal. 21.*  
*pſallebant qui bibeſt vinum, ir-*  
*rifiui me habentes. Omnes viden-*  
*tes me, deriferunt me: locuti ſunt la-*  
*bij, & moverunt caput.*

Nunc ergo gemebundo corde, **3.**  
 intimoq; cum dolore viſum per-  
 gamus, quos hic cruciatus Domi-  
 nus pertulerit. Tametsi totus (ut  
 Isaias ait) vulneribus plenus erat;  
 attamen à quibusdam annota-  
 tum est, graviter eum læsum, ac  
 singulari affectum vulnera in hu-  
 mero suo. Huic enim ingens cru-  
 cistrabs, ora præacuta, immi-  
 nens, grande in flixit vulnus: nam  
 ex cunctis vulneribus unum effe-  
 cit, qui dolor piissimum cor illius  
 acerbè penetrabat. Atque, ut qui-  
 dam devoti Doctores sentiunt,  
 fuit hæc ex Christi gravissimis  
 pœnis una, quam ille pertulerit.  
 Ut enim quotidiano discimus u-  
 fu, si cui nostrum vel tenue hæreat  
 vulnus aut ulcusculum, vix mo-  
 deratè ferimus quemquam nos  
 propius accedere. Quo ergo cru-  
 ciatu esse affectum censemus Do-  
 minum Iesum Christum, cum ipse  
 grave lignum illud impositum  
 impressumque cruentis ejus hu-  
 meris, ac maximè diro huic vul-  
 nerati longo ferre itinere cog-  
 retrur? Et quia crux prolixiore e-  
 rat, totam in humeros recipere  
 non potuit. Unde factum est, ut  
 pars extrema lapidibus, quibus  
 via strata erat, adhærens, gran-  
 dem & horridum strepitum ex-  
 citaret, Dominum incredibili  
 dolore afficienter. Nam cum ex  
 omnibus illis gravissimis pœnis

*Non ſo-  
 lū pon-  
 du, ſed  
 & ipſa  
 longitu-  
 do cru-  
 xi erat ma-  
 gna por-  
 tanti.*

&c.

DOMI- & molestiis, quas tota nocte & die  
 NICAR- pati cogeret, & per poenas impel- \* O ef-  
 PASSIO- perperitus erat, debilis & laetus,  
 NIS EX- totusque exhaustus ac viribus es- ccessum  
 PLICA- set destitutus; nimurum incur- amoris  
 TIO. vus, & ad terram depresso, sub in Christo  
 ingenti illa crucis mole miseran- flante  
 dum in modum cum immensa  
 cordis angustia incedebat: singu- crucem!  
 la enim vestigia cor illius acer- severare  
 bissimè mordebat. Ceterum ar- ferenda  
 dentissimus ejus erga nos amor  
 supra vires eum pati urgebat. Iam  
 cùm immodicè immites illi mor- 4.  
 tem Christi accelerarent, calcibus  
 & pugnis protrudebanteum, pro- Ejus ex-  
 trahebantque, & sine ulla milera- ample po-  
 tione tam inhumanis eum affi- severare  
 ciebant verberibus, ac si bestiam  
 præ manibus habuissent. Nihilo  
 minus agnus innocentissimus se  
 totum benignissimè, cunctis illo- ter nobis  
 rum ictibus ac feritati quam ex- ferendae  
 cogitare poterant, supposuit. \* Cùm  
 Quis jam ultrà lacrymas cohi- inter  
 beat, Christum ita afflictum sibi  
 ob interiores oculos proponens?  
 Enimvero corpus illius prouersus eras, & is  
 expressum erat, & adhuc pati ge- tentinas  
 stiebat. Sub pondere membra  
 succumbebant; & amor fervidus  
 labas centem erigebat, ut poenam  
 ad finem usque perferret. Grande  
 crucis onus ad terram eum deprimebat; & ignitum desiderium  
 impellebat ut pergeret. Vehe- humeros tol-  
 mens namque desiderium gra- lere &  
 tissimam Dei Patris voluntatem  
 exequendi, nostramque absolvendi redēptionem, adeò in eo  
 excrēverat, ut supra naturam & ex parte  
 imbecillitatem humanam eum  
 At temē à Iudea  
 à Iudea  
 immā-  
 bus fefti-  
 uare coze  
 batur.  
 Amor  
 Christi  
 orga. nos  
 anima-  
 bat ad  
 cruce  
 pondus  
 perferen-  
 dum.

Itaque hic Christus cunctis spi-  
 ritualibus hominibus speculum  
 & formam quamdam, perfectio-  
 nemque vitæ spiritualis propo-  
 suit. Quotquo enim ad sinceram  
 & virtutibus conspicuam vitam  
 aspirant, hi suam cum Christo  
 sponte levent crucem, fideliterq;  
 ac perseveranter eamdem ferant  
 necesse est: atque, si ita placuerit  
 Deo, privari ac nudari se sinant  
 bonis temporalibus, & quibusli-  
 bet adminiculis solatisque ami-  
 corum, \* interna quoque ac spi-  
 ritali consolatione, & gratia sen-  
 sibili. Adhæc irrideri se patian-  
 tur: probra, detractiones, injurias,  
 que pro dilecto Deo suo hilariter  
 perferant: & dum multis afflictio-  
 nibus molestiisque hominum:  
 tentationibus dæmonum, ac pro-  
 priis culpis sive defectibus suis  
 excruciantur, humilem patien-  
 tiā conservent oportet. Et is num-  
 quisquis verus amator esse volet,  
 is neque in morte, neque in affli-  
 ctione qualicumque, quæ ei pos-  
 set evenire, recedet à Dilecto suo,  
 nec petet absolvi à cruce sua, sed  
 eam patietur quoad Domino vi-  
 sum fuerit. Non etiam terrenam  
 ullam, sed nec spiritalem inordi-  
 nate quærer cōsolationem, quæ  
 ei spiritualem crucem aut mollire  
 aut minuere possit. Quin potius resigna-

ad

# MARGARITUM SPIRITUALE. 119

DOMI- ad dilecti gloriam, ad extremum  
 NICAR usq; spiritum illam ferre paratus  
 PASSIO- erit: nec ullam aliam hinc merce-  
 NIS IX- PLICA- dem appetet, nisi ut ad Dei cedat  
 TIO- tionis honorem, & illi soli placeat.  
 gradus, ad quē  
 SOLI PER vertamur. Itaque ipso tam miser-  
 FECTI C- AITUN- rabiliter sub ingenti crucis mole  
 RUT. DE incedente, erant pii aliquot, ma-  
 QUO PLU- ximeque devotæ quedam femi-  
 RI POI- nœ, quas vehementissima afficie-  
 FUND. A- bat compassio ad Salvatorem, &  
 P. IACOB- & flebant acerbè nimis, quibus  
 BÜGRET. feri de Dominus ait: *Filia Jerusalēm, no-*  
 Sancta *lite st̄ere super me, sed super vos-*  
 Crucē, *ipsas st̄ete, & super filios vestros.*  
 Toto li- quasi diceret: Evidem lacrymis  
 bro s. veitris non indigeo, qui contem-  
 5. Condo- ptibilem hanc mortem sponte  
 tentiorum mulier- mea pro gloria Patris & pro ve-  
 mulier- stra omnia salutē patior. Non  
 bū, dul- est ergo cur me lugeatis, sed ve-  
 sier com- stra potius natorumque vestrorū,  
 patitur. qui has mihi pœnas ingerunt, er-  
 Corintha- rata plangite. Ipsa namque veltra  
 Lue.23. atque aliorum scelera gravius  
 me premunt, quam crux ista  
 quam fero. Et citò quidem dolor  
 meus abibit, illorum autem cru-  
 ciatus in ævo durabit sempiter-  
 no. Si enim ipfi filii vestri in ligno  
 si tanta pro no- viridi hac faciunt, in arido quid fieri?  
 stru pec- Si ego, qui peccatum nullum um-  
 cau tu- quam admisi, sed viro semper, &  
 lit Chri- virtutibus omnigenis secundus  
 sti inno- sum, ex hoc nihilominus sa-  
 cent, quā- culo absque afflictionis igne,  
 sui fe- passionisque acerbitate emigrare  
 rent pec- non possum: quem illi ignem,  
 tores? quas flamas, quæve inferni  
 tormenta expectare debebunt, qui

aridi atque in bonis actibus steriles, virtutibusque vacui, malitia pleni sunt? Hinc nimirum D. S. Gregorius ait: *Dum mecum ipse gorius,*  
*passionem ac mortem Domini nostri Iesu Christi perpendo, Iob quoque afflictionem, & martyrum sancti Ioannis Baptiste considero; prorsus exhorret cor meum ad penas impiis & peccatoribus preparatas.* Enim verò si Deus charissimos quosque amicos suos tam dirè castigavit: quâ in hostes suos severitate animadversurus est, qui ut pecora irrationalia & absque prudentia pro putridæ carnis suæ voluptate vivunt?

Deinde cùm Christus ita, ut diximus, cruce miserabiliter onustus incederet, jamque omnino exhaustus viribus defecisset, cùm non posset ulterius progreedi, præ nimio angore corruit pronus in terram: quo casu multam simul expertus est crudeli illorū militum ministrorumq; inclemētia dirè eum cædētium, trahentiū, impellentium, ut secum quisque facile perpendere potest. Id enim omne fecerunt ei, quod intus dialbus suggerebat. Videntes autem impii illi quod eum nec verberando, nec trahendo, nec propellendo, seu calcando ulterius promovere possent (jam enim ei nihil remanerat virium) hominem quemdam ad oppidum tendentem comprehendērunt, eumque post Christum ferre Crucem compulerunt. Id verò non ex alijs erga Christum compassionē posset.

6.  
 Christus  
 fatigans  
 crucem  
 gestans  
 corruit.

fe-

**DOMI-**  
**NICAB**  
**PASSIO-**  
**NIS EX-**  
**PLICA-**  
**ELO.**

fecere, sed ut tanto celerius cum  
neci darent, & ne forte sub ma-  
nibus eorum animam efflaret,  
priusquam in eum omnem mali-  
tiam levitiamque suam exercuis-  
sent. Et homo iste ethnicus erat:  
videlicet ut hoc ipso daretur in-  
telligi, indignos esse Judæos qui  
Christi crucem bajularent: simul  
que ea res præferebat hoc myste-  
rium, fidem scilicet & gloriam  
Crucis ad gentes transtulit.

## CAPUT XIII.

*Maria Filium suum Crucem baju-  
lantem maiestissima sequitur.*

1. Beata Maria occurrit Christo crucem suam  
bajulanti.
2. Ineffabilis ibi dolor viscerum maternorum.
3. Quim tamen perfert constansissime, sine ullo  
impatiens gestu, aut voce.
4. Crux & afflictio donum Dei excellentissi-  
mum.

**I.**  
**Maria**  
**Christo**  
**occurrit**  
**crucem**  
**bajulanti.**

**D**um igitur hæc aguntur, Ma-  
ria triplissima Dei Mater, a-  
vidè suum quærebat videre Fi-  
lium, ut vel consolatorium ex eo  
perciperet verbum, vel aliquod ei  
impenderet solatum, ultimum  
que vale diceret. Sed quia propè  
ad eum accedere non dabatur, ob  
turbam militum qui eum cinxe-  
rant, & undique sequebantur; a-  
lio (sicut à plerisque affirmatur)  
perrexit itinere, ut turbam ante-  
verteret, atque ita suo veniret di-  
lecto obviā. Quamvis enim ex  
acerbissimo dolore, quem ob Fi-  
lii passionem conceperat, prorsus  
exhausta & viribus esset destitu-  
ta; fortis nihilominus amor, quo

erga illum ferrebat, & ingens  
eum videndi desiderium, vires ei  
addidit; ita ut turbam omnem  
filium ejus ducentium præveni-  
ret.

**Quis, obsecro, mente concipe-**  
re possit, quibus fuerit doloris &  
angustiae confixa aculeis, cùm u-  
nicum solamen cordis sui ita mi-  
serabiliter derelictum, & gravi  
insuper crucis pondere onussum  
videret? cùm aspiceret gratissi-  
mum vultum ejus (quem toties  
intima cum devotione amplexa  
fuerat) tam turpiter deformatum  
& miserè affectum? cùm contue-  
retur & venerandum caput illius,  
(quod sepè multa cum reverentia  
ardentissimo suo appresserat cor-  
di) horribili corona spinea crude-  
lissimè compunctum? cùm deni-  
que cerneret Deo ac Domino suo  
tantam irrogari injuriam & con-  
temptum, ipsumque inter latro-  
nes damnatum annumerari? quis  
dubitare possit, gladium doloris  
piissimum cor illius acerbissimè  
transverberasse, cùm videret dile-  
ctissimum Filium suum, quem  
suo gestavit sub pectori, ita san-  
guine phlegmatibusq; fœdatum,  
crebris affectum vulneribus, &  
ab omni despectum abjectumque  
mundo? Nihil est ambiguum,  
qui si divina bonitate non fuisset  
servata roborataque, cor il-  
lius devotissimum præ dolore &  
mœro ruptum fuisset: quando-  
quidem adeò ejus animum vis  
immensa doloris oppleverat, ut  
veluti sub gravi flaret pressa saxo,

nec